

**Disputatio inauguralis medica exhibens casum viri colica laborantis /
[Anton Blommart].**

Contributors

Blommart, Anton, active 1681.
Franck von Franckenau, Georg, 1643-1704.
Universität Heidelberg.

Publication/Creation

Heidelbergae : Typis Samuelis Ammonii, [1681]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/bswufb9u>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

DISPUTATIO. IN AVGVRALIS. MEDICA.
EXHIBENS. CASUM.
**VIRI COLICA
LABORANTIS.**

14

^{QVAM.}
DECRETO. ET. AVCTORITATE.
AMPLISSIMAE. FACVLTATIS. MEDICÆ.
IN. PERANTIQVA. ATQVE. ILLVSTRISSIMA.
HEIDELBERGENSI.

PRAESIDE.

VIRO. NOBILISSIMO. EXCELLENTISSIMO.
ATQVE. EXPERIENTISSIMO.

ON. GEORGIO FRANCO.
MED. ET. PHIL. DOCTORE. P. P.
P. C. VNIVERSITATIS. HVJVS. PRO-CAN-
CELLARIO. SERENISS. MARCH. BADENS. ARCHIA-
TRO. S. R. I. NAT. CVRIOS. VT. ET. ITALICAE.
RECUPERATORVM. COLLEGA.

DOMINO. FAVTORE. ATQVE. PRAECEPTORE.
MAXIME. COLENDO.

PRO.

VMMIS. IN. ARTE. MEDICA. HONORIBVS. ET,
PRIVILEGIIS. DOCTORALIBVS. RITE. CONSEQVENDIS.

Sollemni censuꝝ subjicit

ANTONIVS Blommart / Norimbergensis,
In Brabeuterio Vniversitatis.
Ad d. 31. Octobr. Anno cIz, Izc. LXXXI.

HEIDELBERGÆ,
Typis SAMVELIS AMMONII Acad. Typogr.

31


1860. 12. 17.

SIXTY DOLLARS RECEIVED
FROM M. J. COOPER FOR
ONE HUNDRED AND FORTY
THREE POUNDS OF
COTTON, TO BE SHIPPED
TO NEW YORK, ON
THE 1ST OF JANUARY.
RECEIVED
ONE HUNDRED AND
FORTY THREE POUNDS
OF COTTON, TO BE SHIPPED
TO NEW YORK, ON
THE 1ST OF JANUARY.

PRÆFATIO.


Qanto morborum numero, quantis
 molestiis, doloribus & miseriis in hac
 vita corpus humanum subjectum sit,
 mortales proh dolor sat satis experiuntur!
 Quot partes in corpore humano, quanta di-
 visio illarum, quanta queque minima pati-
 tur, nulla privilegio immunitatis gaudet!
 Ilias invenitur in libris, praxis quot gene-
 ra, quot species docet, quot novi generan-
 tur! Inter tales innumeros non infimum
 obtinebit locum, **DOLOR COLICVS**,
 homines tormentibus & saevissimis doloribus
 ingrediens, ut sapissime instar vermis se tor-
 quere cogantur, sedem intestinum **COLON**
 sibi adipiscens; pars haec primariò afficitur,
 symptomata qua plerumque superveniunt in
 sequentibus videri poterunt. Toties tracta-
 ta jam & decantata haec materia in foro Me-
 dico fuit, libri practicorum, observationes,

annotationes, & disputationes hinc inde habita, passim inveniuntur. Seriem quarundam Disputationum allegare volui, quæ TIBI, B. L. affectum fuisse explicabunt, requisita & curationem ejusdem fidelissime demonstrabunt. Excellentissimi Dn, PRÆSIDIS Patroni mei maximi disputationem Argentorati habitam prima fronte TIBI offeram, quam Monustangere veretur; ceteri mihi occurrentes erunt MITHOBIUS, AN ENDÆ, ANDREÆ, KRUGER, BROEKING, GEBERKAD, SALADIN, KISLING, ZONG, ZEEELYN, VALENTINI, SCHERB, ERHARDÆ, BRICCIUS, KLOPFINGER, DILLENIUS, WELSGH, BEHRENS, HÄTENBACH, FRANZ, HAPPEL, BAICHER, DE DENBORCH, & multi alii: Non offero TIBI B. L. ipsum affectum COLICAM, sed illâ AFFECTUM VIRUM, casum resolvere mihi pro temporis ratione & brevitate, viribusq; constitui: Faxit DEVS ut feliciter in Ægri salutem succedat.




C A S V S.

VIr quidam litteratus, temperamenti melancholico phlegmatici, annorum 52. habitus corporis gracilis, litteris ad medium usque noctem incumbens solitudinemque amans, ab aliquot septimanis tensionem hypochondriorum, inflationem ventris, ructus & alvum obstructam sentiens, præscriptam à Medico purgationem sumpsit; quâ quidem excrevit crassam & viscidam materiam, sed paucam, non nihil tamen se melius habuit: quindecim ab hinc diebus in vindemiis varie occupatus, castaneis mirum in modum delectatus, quam plurimas avidè comedit, & mustum superbibit; heri summo manè ad pagum quendam in rhedâ vetus, ubi cùm negotia sua expedivisset, hospitiumq; petiisset, in prandio vix quicquam invenit, præter lentes, & ova casu duriora cocta, in ultimâ mensâ denuo castaneas

multas devoravit, potus erat vinum aquosum ; inde domum rediens, valde lassus, dolorem sentiens in abdomine, lecto se dedidit, vix dimidium horulæ dormierat, ecce torminibus & doloribus magnis corripitur cum insigni constipatione, sentit abdomen magis tumere, cum aliquâ dyspnœâ, caput est turbulentum, ructus cum vomitione experitur, dolores sœviunt modo circa umbilicum, modo in hoc modo in altero ileo, modo circa lumbos, appetitus est prostratus, somnus adest nullus, vires sunt immunitæ, urina est pauca turbulenta & crassa, anxius petit Medici auxilium.





Effectus quô æger noster laborat est **COLICA FLATULENTA:** Nomen desumit à parte affectâ, quæ est intestinum *colon* quod longum & anfractuosum, excrementisque recipiendis & servandis destinatum est, aliis derivatur *ægrotas* τρχος κολαζεσθαι, torquendo, quod illa ægros torqueat, & illi vermis instar se torqueant, aliis audit *colicus dolor* κωλικὴ ὄδυνη, passio colica. Germanis das Bauchgrimen / die Colick / das Darmgicht; malèdi Bär, Mutter oder Hesen-Mutter. Definitur Colica tristis sensatio intestini coli, cum fæcum retentione, à solutione continui proveniens. Laborare autem ægrum hoc affectu, signa superius recensita demonstrant.

Essentialiter inhærentia, tensio hypochondriorum, inflatio & tumor abdominis, dolor vagus modò circa umbilicum, modò in hoc, modò in altero illo, modò circa lumbos, alvi constipatio.

Essentialiter consequentia, lassitudo, dyspnœa, caput turbulentum, ructus, vomitus, appetitus prostratus, somnus nullus, vires imminutæ, urina pauca, turbulentæ & crassa.

Subjectum est *intestinum colon*, modo circa principium modo circa finem, modo in hoc, modo in altero latere: quod incipiens à dextro inguine circa dextrum renem cui adhæret assurgit versus hepar, & inde sub costarum notarum cartilaginibus transversim fertur ad sinistrum hypochondrium,

drium, cuius magnam partem occupat, mox ad sinistrum
inguen, ubi satis amplum convolutum devolvitur ad os sa-
crum, ut in rectum intestinum abeat; in abdominis ambi-
tu & circumferentiâ ascendit & descendit, in illo ceu in
proprio receptaculo fæces continentur & aliquamdiu reser-
vantur; cellulas habet, ut diutius & ad justum tempus in
illis contineri possint, valvula habet crassam & satis mem-
branosam à BAUHINO vel SALOMONE ALBERTI
inventam, ne excrementa ascendant ad tenuia intestina,
& inde in alui constipatione per os ejiciantur. Per con-
sensum afficitur ventriculus, unde ruetus & vomitus, si
diaphragma, oritur dyspnoea, ut symptomata sæpe affectum
concomitans, ut hîc in ægro nostro.

Causa immediata est continui solutio intestini
coli, dolorem excitans.

Causæ mediatæ proximiores sunt materiæ
excrementitiae, quæcunque solutionem continui, pungendo,
erodendo & distendendo efficere possunt, suntque vel flatus
vel humores; hi sunt vel frigidi, crassi, pituitosi, vel pituita
vitrea, ut statuit RIVERIUS *obs. comm. 4. p. 664.* colo ad-
hærens illudque obducens; potius erit humor viscidus
tenax & glutinosus: Flatus in ventriculo & intestinis ex
cruditatibus ciborum flatulentorum, vel frigidâ ventriculi
& intestinalium intemperie geniti, qui si non excluduntur
propter induratas fæces, & alias causas intestina obstruen-
tes, magnâ copiâ in intestinalibus, colo in primis cumulantur,
dolores tandem efficiunt intensissimos. *FR. de le BOE SYL-*
VUS in meth. med. lib. 2. cap. 21. §. 9. causam flatuum sta-
tuit bilem pituitæ glutinosæ junctam, quæ ipsam rarefa-
ciendo distrahit in flatus, qui ulteriorer rarefactione tandem
spon-

spontè rumpuntur: materia illorum est humiditas aquæ,
ceu pituita glutinosa & tenax, quæ calore imbecilliori,
ceu igne conveniente rarefit & promovetur, auctiore verò
dissipatur, ut videre est, illos medicamentis calidis, car-
minativis, aromatibus discuti; flatus hinc inde dolorem
inferunt, aëris instar intestinum colon inflant, inflatum &
distentum, modo in hoc, modo in illo latere percurrunt,
cellulis intestinalium se insinuando illarum tunicas pertere-
brant, lancingant & solutionem continui causantur.

Causæ mediatæ remotiores naturales.

Temperamentum melancholico phlegmaticum, humores
viscidi & glutinosi intestinis adhærentes, ventriculi & inte-
stinorum intemperies frigidior.

Ætas consistens vel senectuti propinqua, in quâ a-
ctiones seigniores, vires imbecilliores, ipsaque natura ali-
quo modo labefactata.

Sexus, magis viri infestantur, quam mulieres, cer-
to tamen respectu, præcipue studiis dediti, iisque nimium in-
cumbentes; læditur concoctio, chylus & sanguis elabora-
tur impurus, spiritus ex illis impuri, actiones & vires re-
spondent spiritibus.

Habitus gracilis, læsâ concoctione, chyli san-
guinisque distributione tardiori, læditur nutritio.

Vita sedentaria, seu studia hîc ut suum tribuant, te-
statur *Excellentissimus Dn. PRÆSES in dissertatione de studio-*
rum noxa, ubi dicit: illa non tam emaciando, quam planè
absumento; non tam labefactando, quam funditus de-
struendo corpus vitamque nostram adterere; procurare ap-
petitum tardiorem ob obtusam fermenti ventriculi acidita-

tem, ventriculi imbecillitatem, concoctionem tardiorem, crudatum mollem, chyli ob vitiosam coctionem depravati tardioram distributionem, & ob tenacitatem sive visciditatem venarum lactearum obstructionem, distensiones hypochondriorum, inflationes, ructus, rugitus ventris, tormenta, colicas frequentiores.

Nonnaturales, aëris constitutio frigidior & nebulosus, ut jam in autumno: transpirationem prohibens, quæ per illam debebant excerni, retinentur, multæ cruditates colliguntur, quæ quia non excernuntur, magna fit humorum colluvies, obstructionem tandem procurantes.

Cibus & potus, maximè hic peccavit æger, castaneas quam plurimas, lentes & ova dura comedit, quæ omnia concoctu difficultia & flatuosa, quantam turbam cicer potuerunt, jam in propatulo est; castaneæ ægrè concoquuntur, succum producunt crassum, flatus excitant, ventrem suppressimunt docente **GALENO** *l. de boni & mali succe. cibis c. 4.* quare citra satietatem illis vescendum, qui infartibus viscerum sunt præ cæteris opportuni, & colicis doloribus obnoxii; **Melch. SEBIZIUS** *de aliment. facult. l. 2. p. m. 291.* **Ludovicus NONNIUS** *de re cibariâ l. 1. c. 45. p. 145.* dicit: castaneæ sive elixentur sive affentur sive frigantur, semper prævæ, & multo magis si crudæ mandantur, quia crassos sucos generant, obstructiones pariunt & flatibus corpus distendunt; colicis item doloribus, viscerum obstructionibus, ventriculi inflationibus mirè adversantur, **Joh. BRUYERINUS** *de recibariâ l. II. c. 35. p. 479.* Sartagine tostas noxias admodum putat, quoniam à caliginoso fumo nescio quid mali contrahant, colico dolori inimicissimæ; de lentibus idem cit. **NONNIUS** *l. I. c. 10. p. 35.* cor-

tex ejus vim adstringendi habet, caro verò crassi est succa
ac terrei, idem cit. BRUYERIN. l. 7. c. 3. succos crassos
pervicaciōresque morbos generant. DIOSCORIDES
l. 2. c. 99. ait: lentem ægrē coqui, stomachum malè se ha-
bere, eumque & intestina inflare, somnia excitare tumul-
tuosa, alvum cum cortice coctam, sistere. Ova indurata
longiore elixatione, concoctionis difficilis sunt, transitus
tardi, succi crassi, Melch. SEBIZIUS l. 3. c. 12. p. 946.

Potus, mustum, NONNIUS l. 4. c. 9. p. 457. dicit il-
lad flatuosum esse, & concoctu difficile; crassumque suc-
cum suppeditare. Flatuosum est omne mustum ait GALE-
NUS l. de bon. & mal. succ. cibis c. 11. ratio est, quia aquo-
sis abundat humiditatibus. Ventrem & intestina flatibus
implet: HIPPOC l. 2. de diæt. GALEN. l. 2. de aliment. fac.
c. 9. & nisi oxyus descendat, colicum dolorem parit. SEBI-
ZIUS de facult. aliment. l. 4. c. 2. p. 1112.

Quies seu vita sedentaria in studiis, cum litterati fe-
rè semper studentes sedeant, & quia corpus non movetur,
circulatio fit inæqualis & tardior, humores non rectè venti-
lantur; motum habuit æger nimis violentum & inconsue-
tum, tam in vindemiis suis, quam heri in pago ad officia
sua explenda; inconsueti & litterati motum vehementer
ægrius ferunt, quam consueti.

Vigiliæ, (ad mediam usque noctem studens,) coctionem lœdunt, spiritus depauperant, chylum cru-
dum in vasa lactea præcipitant, sanguinem & spiritus im-
puros efficiunt, corpus extenuatur, pravorum humorum
fit affluxus, sequuntur catarhi, alvus adstricta & sicca.

Excreta debitè non excrevit, jam per tres dies sea-
fit alvum adstrictam, illis retentis intestina repleta tume-
bant,

bant, inde abdomen, excrements sicciora & duriora redundunt diutius si retinentur, exitui difficultiora, flatibus sic exitus praeccluditur.

Animi pathemata, mœror, tristitia, curæ, melancholicis & litteratis familiares, & hic se stabilire videntur, corpus fit languidum, vehementer extenuatur, unde habitus gracilis, incessus tardus, actiones segniores, spiritibus absuntis & in lympham resolutis, & alia plura incommoda.

Praeter naturales, ab aliquot septimanis tensionem hypochondriorum inflationem ventris, ructus & alvum adstrictam sensit, quæ certè illum eō tempore colicā incipiente affectum fuisse demonstrant, jam eadem signa redeunt sed fortiora, & ita causæ esse possunt.

Differentiæ à causis sumuntur, dicitur colica flatulenta, quæ à flatibus oritur, dolorem habet maximè vagum, qui non diu in eodem loco persistit, sed modo sursum modo deorsum, modo ab uno latere in oppositum divagatur, & intestini coli tunicas distendendo excruciat: si pituita viscida intestinis tenaciter impacta, simul juncta est flatulentæ, terebri perforantis vel pali infixi speciem refert, cum retentione fæcum, ita ut interdum nec flatum faltem inferius vel superius excernere possint ægri, cæteræ species nos hīc non tangunt, differt etiam ratione symptomatum concomitantium ut cum cardialgiâ, difficulti respiratione, ut in ægro nostro, herniâ, aliisque.

Ex dictis causis dolor hic oritur, multa secum trahens symptomata.

Dolor est acutus magnus & vagus in abdome

mīne modo cīra umbilicūm, modo in hōc modo in altero ileo, modo circa lumbos, cūm intestinū colon subiectū sit, & in illo flatus tunicas & membranā interiore carnosam distendendo lacent solutionēque continui causentur, hīc inde sentit dolor: ita distingui potest à dolore nephritico, quod hīc altiorē locū occupet nec in uno loco perseveret.

Tensio hypochondriorum ab halibus & vitiosā inibi effervescentiā ortā, & à flatibus & copiosis excrementis colum extendentibus, quod hypochondriis subjacet.

Inflatio & tumor ventris, colon inflatum à flatibus abdomen tumere & solitam magnitudinem excedere facit, flatus enim exitum non habent, locus quoniam per quem exire solent magnā exrementorum congerie obsitus & constipatus est.

Ructus à flatibus resolutis, ventriculi orificium superius irritantes, & ad expulsionem proritantes.

Alvi insignis constipatio, adstringunt alvum materia pituitosa, glutinosa parietibus intestini coli adhaerens, quæ in modum glutinis illas combinare potest, cibi crassi, sicciores, & concoctu difficiliores, ut castaneæ, ova dura, lentes, excrementa dura, quæ debebant excerni, jam per tres dies retenta.

Lassitudo corporis motui inconsuetō, exercitio nimio, sanguinis boni, spirituumque penuriæ attribuenda.

Dyspnoea aliqua, ob motū ordinariū dia phragmatis impeditum, sursum enim premitur ob inflatiōnēm abdominis, ventriculo & intestinis sursum elevatis;

descendere in inspiratione debitè nequit ob ventriculum elevatum, ita respiratio læditur & fit difficilior.

Caput turbulentum est, à nimio motu & lassitudine doloribus acerbis nervos in intestinis sexti paris sufficientibus chylo impuro cum sanguine ad cor & ad cerebrum delato ex cibis flatulentis claborato, vigiliis continuus.

Vomitus, à copiosis corruptis humoribus in ventriculo e jusque tunicis hærentibus superius orificium ventriculi erodentibus & ad exitum stimulantibus, motumque peristalticum invertentibus, & per consensum ex communione nervorum à sexto pari prodeuntium, ventriculum & intestina amplectentium colon affectum, suum tribuit.

Appetitus prostratus, propter ventriculi fermentum obrutum, à tantâ ingestorum copiâ, tantisque corruptis humoribus in ventriculo hærentibus.

Somnus nullus, à lassitudine totius corporis, doloribus acerbis in abdomen sævientibus, capite turbulentio, spiritibus animalibus impuris, nervorumque hinc inde vellicatione.

Vires imminutæ, motus nimius, inconsuetus, spirituum penuria, dolores, vigiliæ, illas immittuere & prosternere possunt.

Urina pauca turbulentia & crassa ab obstructionibus, alii siccitate, cibis assumptis durioribus, musto impuro & fæculento & concoctione impeditâ dependet.

Prognosins salutis & mortis quod attinet, affetus est per acutus & gravissimus: **HIPPOCRATI** ignotus fuit illum tamen sub ileointellexisse quidam volunt. **GA-**

LE-

LENUS l. 2. de loc. affect. c. 5. confiterur se colicâ laborasse quam primo pro dolore nephritico habuit. Adeò dolor ve hemens & pertinax constipatio & retentio fæcum, tumor & inflatio abdominis, ruétus, lassitudo, dyspnoea, caput turbulentum, appetitus prostratus, somnus nullus, vires imminutæ: omnia si consideramus, non levem dicimus esse affectum, quinimo periculosum ob symptomata vehementiora, quæ si non remittant nec flatus & fæces excernantur, periculum vitæ erit, si superveniant alia symptomata, ut singultus, delirium, refrigeratio extemorum. sudores frigidi lethalis est. Ut ut periculosus sit affectus, non tamen desperandum nobis erit, modo fæces induratae ope clysterum & aliorum remediorum dissolvantur, flatusque dissipentur, nec vires ulterius deficiant, doloresq; non sint continui, somnus sequatur, nec alia superveniant symptomata, salutem prædicimus.

Ratione longitudinis & brevitatis exactè non definiiri potest, per se quidem peracutus est, remediis paratis & exhibitis si dolor remittat, fæcesque excernantur, illum mox cessurum speramus, si contra, non idem.

Ratioe eventus ad salutem, si medicamenta quid præstent, speramus non fore transmutationem in aliud affectum, ut arthritidem, epilepsiam, paralysiu, hydrocephalum item &c.

Curatio est maturanda nec moram patitur affectus, cuius vehementia, & symptomata gravia urgentia festinationem petunt; rectam medendi methodum nos docet **Indicatio**, quæ consistit, in conservatione illorum quæ s.n. & ablatione eorum, quæ p.n. se ha-

habent. Indicationes ex tribus istis possunt sumi: ab affectu curatoria, à causâ præservatoria, à viribus vitalis; curatoria dolorem respicit à solutione continui tanquam à causâ immediatâ excitatum, qui per anodyna tollendus est: præservatoria flatus & obstruktionem, quæ emollientia, laxantia, discutientia & expellentia petit; vitalis vires, quæ conservandæ, imminutæ restaurandæ corroborantibus.

Remedia petuntur ex tribus usitatis fontibus.

Ex fonte chirurgico, cucurbitulam magnam, cum flamma copiosâ circa umbilicum in abdomen applicandam ægro suademus, quæ tanquam incantamentum dolores ac flatus exsolvit, authore GALENO & RIVERIO *obs. comm. 13. p. m. 685.* Frictiones vehementes, quatenus ab intestinis ad partes extremas materiam retrahunt; follem fabrilem ut ultimum refugium commendat TRALLIanus *l. x. c. 1.*

Ex pharmaceutico, evacuatio excrementorum, flatum discussio, dolorisque sedatio deponi possunt; remediis videlicet adhibitis convenientibus, inter quæ, nobilissimum præstant usum clysteres, quia alvi obstructio flatibus exitum impedit, quô minus possint egredi, quanta & qualia consideranda sint in hoc affectu, sequentibus brevissime dicamus; clyisma sequens quam primum paratum erit, injiciatur.

R. Herb. 4. emolk. à mj.

Rad. lil. alb.

alth. à. ȝj.

Fl. chamæmel. R.

sambuc. à. m. coq. in aqua fontan.

Colat.

Colat. Rx. ffj. in quā dissolv.

elect. lenitiv. 3j.

Sal. commun. 3j.

vitell. ovor. n.j. F. Clyster emolliens.

**Si nec effectus nec fructus sequatur, non cessandum, sed
continuandum est, sub vesperā fortior sequens injici potest.**

Rx. Herb. mercurial.

calamint.

Fl. chamæmel. R. ā. mj.

Sem. cumin.

carv.

aneth.

fœnicul. ā. 3j.

capit. papav. n.v.

Cop. in s. q. aq. Colat. Rx. 3x. in quā dissolv.

Ol. still. laur.

cumin.

carvi. ā. gtt. iij.

Sal. gemmæ 3g.

elect. hier. picr. simpl. 3g.

vitell. ov. n.j. F. Clyisma.

Internè potionem hanc, vel Ol. sequens in juscilo assumat.

Rx. Aqu. carminat. DORNCREIL. 3ij.

extract. specif. anticol. MYNSICHT. 3j.

sir. de cort. aurant. 3v.

laud. opiat. gr. ij. M. F. potio.

S. Ernack gegen das Reissen/ löffelweis zu nehmen.

Rx. Ol. still. cort. aurant.

Zedoar.

carvi.

cumini.

fœniculi. ā. gtt. iv. M.

S. Del gegen das Reissen dos. gtt. v.j.

Externe cataplasma calidè vel in sacculo vel cum spongiâ.
vel emplastrum regioni dolenti applicari potest, vel lini-
mento inungi.

Bz. Fl. chamæmel. R.

melilot. ā. miss.

Sem. malv.

lini.

carvi.

anethi. ā. 3ij.

Coq. inf. q. lactis, imponatur faceulo. F. I. a. Cataplasmaz.

S. Überschlag warm anff den Leib zu legen.

Bz. Empl. debacc. lauri. 3ij.

tacamahac. 3j.

theriac. opt. 3j.

Philon. R. 3 ss.

Malax. ol. chamæmel. aneth. carv. ā. q. s. induc super ali-
tam, & obduc sindone rubrâ. F. Emplastrum.

Bz. Ol. chamæmel.

aneth. ā. 3ij.

still. aneth.

carv.

cumin.

fœnicul. ā. gtt. v.

cum s. q. ceræ F. linimentum.

S. euerlich Säblein.

Subpositoria in hoc casu adhiberi possunt, si fructus ex cly-
steribus sentiatur nullus ex. g.

Bz. specc. hieræ picra. 3j.

trochisc. alhand.

Salis ā. 3j.

mellis cocti 3j. M. F. Subpositorium.

Pur-

Purgantia si alius minimè respondeat, locum hic habere possunt; purgante saepius unico, dolor contumacissimus & vel triginta clysteres eludens, fuit devictus: dicit RIVERIUS prax. l. 10. c. 1. p. 351. talia sunt. ex gr.

R. Extr. Rhabarb. 3*fl.*

trochisc. alhand. gr. vij.

c. s. q. ol. cumini. F. pilul. xii.

vel **R.** Mag. Gialapp. g. vii.

diagryd. gr. v. M. F. pulv. sumatur
in vehiculo appropriato.

Non promiscuè sed cautè adhibenda sunt medicamenta; tempus, intervalla, locus per quem, externè vel internè, prudentis & conscientiâ gaudentis medici est observare.

Anodyna, si dolor non cesset, in subsidium vocentur, possunt esse cataplasma, emplastra, linimenta, de quibus formulæ jam extant, vel ol. chamæmel. aneth. carv. vel Tinctura paregorica D. PRÆSIDIS ad 3*fl.* iiii gij. narcotica specificis mixta, ut opii gr. ij. pilulae narcoticæ PLATERI, tabulatum narcoticum e jussdem. *Corroborantia* in virium imbecillitate non omittenda, ut theriaca ANDROMACHI, mithridatum, v. theriacalis, vinum malvaticum, aromatisatum, pulveres carminativi varii, extractum Zedoariæ, calami aromatici, Galangæ &c.

Ex specificis commendantur, intestinali lupi in furno exsiccata & in pulverem redacta, hujus pulveris sumatur 3*j.* cum vino albo, subito dolorem sedare dicitur; Stercus lupinum, lorica ex corio lupi confecta & gestata, pellis lupi, catuli latentes ventri appositi, malum ad se trahere dicuntur, atque deinceps ipsi colicis doloribus moriantur, venter anatis vivæ deplumatus, idem faciat, si ventri apponatur, adeps pavonis, vervecinus, axungia & pinguedo cati sylvestris, taxi, quâ umbili-

Umbilicus calide inungatur: cornu cervi, cochlear pulverisatae, lapides ~~ad~~, carpionum, talus leporinus vel suillus calcinatus, tunica interior ventriculi erinacei ac gallinacei, secundina humana, & umbilicus infantis annulo argenteo inclusus & ut cutem tangat, gestatus pro amuleto quibusdam. Lapis serpentinus calidus ventri ad motus, Quæ vivus putamini avellanae inclusus & collo appensus, castoreum, Zibethum umbilico impositum, Balsamum apoplecticum cum gr. aliquot Zibethi umbilico impositum: alii simplicia in medium adducunt, ut herbas, radices, flores, semina, baccas, cortices, gummata, varias partes ex animalibus ex Zoologiâ; metalla, lapides, terras ex Mineralogiâ: alii composita varia, ut decocta, vas, spiritus, essentias, tincturas, sirubos, olea destillata & expressa, electuaria, opiate, extracta, balsamos, cataplasmata, emplastra, unguenta, liamenta, enemata, pulveres, pilulas, ab autoribus vel inventoribus descripta, varia sortiuntur nomina, quæ in SCHROEDERO, QVERCETANO, HOFFMANNO, pharmacopœâ Augustana aliisque inveniri possunt: specifica plurima tradit *Excellentissimus Dominus PRÆSES in disput: ante a. all. MACASIUS*, aliœ qui de materia medica scribèrē.

Ex his optima & experientiâ probata ægri adhiberi possunt.

Dieta probè est observanda; aer sit purus, si crassus ac nebulosus, arte corrigatur accensione ligni juniperini, thuris, mastiehis, myrræ: Cibi sint modici, facilis concoctionis, laudantur juscula pinguisa, quibus oleum aliquod carminativum admisceri potest, caveat sibi à leguminibus, crassis & difficilis concoctionis: Potus sit vinum album tenuë; Somnus si non adveniat, promoteatur narcoticis specificis mixtis. Alvis sit laxa & lubrica, excrementa non retineat nec flatus necructus, clysteres si stimulent aliquantis per retineat ut meliorem habeant operationem & efficaciam. Motus non sit vehemens nec quies nimia, medium tutissimum. In animi pathematibus mœror, tristitia vitetur, animus sit tranquillus ac latus, omnia sibi nocivæ arceat, seipsumque cautè gubernet. Hæc TIBI B. L. pro tempore brevitate & ingenii exiguitate proposita sufficere speramus, faxit

DEUS, ut succedant studia nostra in EJUS gloriam,

Ægri & grorumque salutem quam plurimorum.